



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptica S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

Verba Apocalypseos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 20. Versu 1. & seqq.) *Et vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clavem abyssi & catenam magnam in manu sua. (v. 2.) Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus & satanas, & ligavit eum per annos mille: (v. 3.) & misit eum in abyssum, & clausit, & signavit super illum, ut non seducat amplius Gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solvi modico tempore. (v. 4.) Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adoraverunt bestiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt, & regnaverunt cum Christo mille annis. (v. 5.) Cateri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. (v. 6.) Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem: sederunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. (v. 7.) Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur satanas de carcere suo, & exibit, & seducet Gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. (v. 8.) Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & Civitatem dilectam. (v. 9.) Et descendit ignis à Deo de cælo, & devoravit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia: (v. 10.) & pseudopropheta cruciabantur die ac nocte in secula seculorum. (v. 11.) Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inventus eis. (v. 12.) Et vidi mortuos, magnos & pusillos, stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vita: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. (v. 13.) Et dedit mare mortuos qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. (v. 14.) Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. (v. 15.) Et qui non inventus est in libro Vita scriptus, missus est in stagnum ignis.*

Pars II.

O

S. I.